

1695 35 31

QVOD DEVS BENE VERTAT!

DN. IO. BRVNNEMANNI,

ICTi Celeberrimi,

Sereniss. Elector Brandenburg.

quondam Consiliarii, & in Acad. Francof.

Ordinarii,

EXERCITATIO IVSTINIANA XIII.

Ad

Titul. XX. Libr. II. Institut.

Quam

Cum Corollariis ex GROTIO

IN ALMA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO,

I. V. D. Prof. Publ. Ordinar. & Facult.

Iuridicæ Adfessore,

Patruale suo honoratissimo,

D. VII. Septembr. A. O. R. M. DC. XCV.

Publicæ disquisitioni submittit

HENRICVS CHRISTIANVS STRYKIVS.

Marchicus.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,

Literis CHRISTIANI HENCKELII.



DR. IO. BK. V. N. S. A. N. T.

General. E.lector. in. A. n. d. o. n. g.

XIII

DR. IO. BK. V. N. S. A. N. T.

DR. IO. BK. V. N. S. A. N. T.

DR. IO. BK. V. N. S. A. N. T.

DR. IO. BK. V. N. S. A. N. T.



## COROLLARIA.

*Ex Hugonis Grotii de J. B. & P.*

*Libr. II. Cap. XV.*

I.

**F**œdera cum infidelibus salua omnino conscientia Principes nostri inire possunt, caveant tamen sibi, ne illorum auxilio aduersos Principes Christianos utantur, quo pertinent verba Francisci I. Galliarum Regis, qui vicinus morti clamitabat: *Perii, heu perii! quod volui esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis; omnis misericordia mihi clausa est, qui, ut emuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem injuriam, fœdera pepigi cum Turca, & Christianorum capita, tanquam armenta, ad Mahometanam seruitutem vivus vidensque passus sum abigi.*

II.

Omnibus modis præcavendum, ne inter eos populos, qui naturaliter inter se disident, quales perhibentur *Hispani & Galli. &c.* fœdus ineatur.

III.

Fœdera justis de causis semel inita absque urgente necessitate dissoluenda non sunt, sed firmiter sancteque tenenda; quod si tamen fœdus ab altera parte vel totum vel saltem ex parte unica non seruetur, licite omnino receditur.

IV.

Quod adeo verum est, ut, licet mediante juramento conuentum promissumque sit, ne a fœdere abeat, fide ab

ab uno fructa, alter citra perjurii ac perfidiæ crimen a  
fœdere discedere possit.

V.

Juramentum quamuis præcipuus fœderatorum  
nexus sit, non tamen præcisè necessarium ad fœderis  
confirmationem illud esse existimo, sufficit enim, si quis  
conuenta se seruaturum per suam fidem promiserit.

VI.

Neutralitas, uti vulgo vocatur, etiam fœdus est, si  
non de adjuuando in bello, tamen de abstinendo a bello.

VII.

Si plures bellum gerant, utri potius opem ferre de-  
beat qui utrique est fœderatus, quæstio est? Resp. ille  
præferendus qui iustam causam habet, si uterque iniu-  
ste bellum gerat, ab utraque parte abstinendum. Si, cu-  
ius iustior causa sit, ignoretur, utrique auxilia mittenda,  
alteri milites, alteri pecunia.

VIII.

Num ex fœderibus Antecessorum Successores obli-  
gentur, quærunt? Resp. Placet adfirmatiua, modo non  
tale fœdus in detrimentum Reip, vergat, vel solius pa-  
ciscentis commodum personale spectatum fuerit.

IX.

Si sponsio facta sit citra adjectam conditionem ra-  
tihibitionis faciendæ a summa potestate, num summa  
potestas ratihabere teneatur, ardue disputari solet?  
Placet tamen negatiua, nisi certo utilitatem Reip.  
afferat.

ULB Halle  
001 957 880

3




sb

V3 17









1695 35 31

BENE VERTAT!  
ANNEMANNI,  
eberrimi,  
or Brandenburg.

, & in Acad. Francof.  
inariii,  
VSTINIANA XIII.

Ad  
ibr. II. Institut.

am  
sex GROTIO  
IDERICIANA  
ESIDE

ELE STRYKIO,  
Ordinar. & Facult.  
dessore,  
honoratissimo,  
M. O. R. M. DC. XCV.

sitioni submittit  
STIANVS STRYKIVS.  
chicus.

GDEBURGICÆ,  
ANI HENCKELII.

